

cretis viris Nicolao Guttern de Salcza, Petro Kunne de Hasfurde ac Petro Balding de Eyfilstad clericis et laicis Maguntinensis et Herbipolensis diocesum testibus ad praemissa vocatis rogatis debiteque requisitis.

Et ego Petrus de Harra clericus Bambergensis diocesis publicus sacra imperiali auctoritate notarius etc.

Nach der Handschrift Rep. II. fol. 10^a. fol. 44 in der Stadtbibliothek zu Leipzig.

No. 283. 1452. 18. Jan.

Bischof Johann von Merseburg iudex unicus causae et causarum partium infrascriptarum a sede apostolica specialiter deputatus zeigt der Geistlichkeit der Diöcesen Bremen und Verden an, dass unter dem heutigen Tage durch den Magister Johannes Scibe (Schibe) decretorum baccalarium und Procurator der Beklagten in Werner Geverdes Klagsache (vgl. No. 278) eine Bulle des Pabst Nicolaus V. ihm übergeben worden sei folgenden Wortlautes: Nicolaus episcopus etc. episcopo Merseburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Humilibus supplicum votis etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Johannis Tummel, Johannis Sidenheffter, Theoderici Kolkewitz, Johannis Brutz[er], Johannis Stanghe, Johannis Knappe et Nicolai Moller proconsulum et consulum nec non Nicolai Tzytz, Johannis et Michaelis Raßbant (r. Wißbart) familiarium et pincernarum opidi Lipczensis tuae diocesis petitio continebat, quod cum olim dicti familiares et nonnulli vigiles pro bono pacis et quietis dicti loci iuxta ritum et concordiam inter rectorem et magistros universitatis dicti opidi ac proconsules et consules praedictos ad id deputati dilectum filium Wernerum Geuerdes clericum Bremensis diocesis tunc familiarem alterius ex magistris praefatis inventum noctis tempore post sonum campanae cum armis offensivis in plateis dicti loci currere vagari et inhoneste versari ac cum quadam cambuca lignea adversus familiares praedictos iuxta cellarium sive panum(?), quo nomine communitatis praefati opidi cerevisia venditur proicere et alios plures insultus facere contra pacem et quietem praedictas deprehendissent eumque ad locum praetorii pro scholaribus dictae universitatis sic inhoneste noctis tempore vagantibus deprehensus deputatum absque tamen violenta manuum iniectioe vel iniuria perduxissent et de mane sequentis diei rectori praefato praesentassent, tamen postmodum post¹⁾ decem annos vel citra pro parte dicti Werneris nobis exposito minus vere, quod familiares manus iniecerant temere violentas et eum diffamaverant, quodque dicti proconsules et consules sibi iniuriati fuerant, nos causam iniuriarum diffamationis et manuum iniectioe huiusmodi dilecto filio magistro Agapito Cincii capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori ad ipsius Werneris instantiam audiendam commisimus et fine debito terminandam, ipseque auditor citationem dictae commissionis vigore ad partes dicitur decrevisse et illius obtentu proconsules consules familiares pincernas et vigiles praedictos coram se vocari fecisse. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat proconsules consules familiares pincernae ac vigiles praedicti super praemissis, de quibus in partibus illis facilius constare poterit, parati sint coram te de iustitia respondere, dummodo idem Wernerus in causa violationis pacis et quietis huiusmodi, super quibus eum reconvenire intendunt, paratus sit stare iuri, pro parte proconsulum consulum familiarium pincernarum et vigillum praefatorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis in praemissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur statum causae huiusmodi praesentibus pro expresso habentes ac illam ad nos harum serie advocantes fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis dicto Werneris et aliis qui fuerint evocandi causas iniuriarum diffamationis manuum iniectioe ac reconventionis huius-

1) Or. per.